DISPUTATIO INAUGURALIS DE DECIMIS QUAM OPE & AUXILIO COELESTIS, ADORANDAE...

Conrad Carpzov, Johann Caspar Grossgebaur, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

DN. RESPONDENTI.

PRæſtantis ſalve Patris ô generoſa propago,
Manibus & ſanctis illius adde decus.
Addis: jam ſummos quærens tibi juris honores,
Unde ſalutandus mox, nove Doctor, eris.
Quicquid ages, ſis proſper, agas feliciter: auctus
In patriam titulis, auctus honore redi.

σχεδιασὶ gratulabatur ex valle pratorum.

M. Valent. Mergiletus, ibid. Paſt. 24. Decembris Anni labentis 1628.

NOn ergò penitus terrigenûm domos
reliquiſſe Themin, cælitibus datam,
non Martis ſtrepitus ſeclaq́ ferrea
indixiſſe ſacris juge ſilentium
prorſus legibus (heu jam uimium frequens!)
IAN-CASPARE tuus maſculus edocet
niſus, legiferæ qui cupiens Deæ
myſtis connumerarj haud fugis arduum
campum, materiem de decimis *gravem*
ſed ſubdis gravium ſcrutinio virûm;

(†) *Iccircò*

Iccircò ut decumanum decimæ *duint*,
permagnus *gemino nomine & audias*,
magnis *hiſce tuis auſibus apprecor*.

αὐτοσχεδίως
ſed tamen ὁλοκαρδίως

M. Gottfridus Olearius.

SONNET.

SI celuy, qui au droit civil cinqans s'addonne,
Merite le Laurier, ſelon que l'Empereur
A ordonnè par ſa Majeſtè & grandeur;
Il ſera bien faict, qu'on auſſi deux fois couronne
Ceux, qui avec grands frais, & veilles enneuyeuſes
S'en vont eſtudier au droit deux fois cinquans,
Veu qu'il faut le loyer accommoder au temps.
Mais il n'eſt pas beſoin d'avoir ſi curieuſes
Penſées ſur ce poinct, puis que telles guirlandes
Ne ſe fleſtriſſent pas, ains tousſiours verdiſſantes
Produiſent pour les ſiens une foiſon d'honneur.
Car ainſi qu'au Soleil tout les corps ſont de l'ombre
Accompagnés; auſſi l'honneur à un grand nombre
Suit les travaux avec une amable Splendeur.

Johannes Geißler
Franco-Henneberg.

Quod

B E N E

SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS,

Dominus

DEUS SABAOTH.

IMPERATOR COELI ET TERRÆ

DOMINUS DOMINANTIUM

REX REGUM

vertat.

Diſputationis hujus inauguralis.

THESIS I.

DECIMAM, quæ aliis pendenda venit, ſi dico, ſubintelligo rei alicujus partem. *per cap. 1. c. cum homines. 7. c. de terris 15. X. de Decim. & L. 2. §. 2. ff d pollicit.* Frequentius tamen plurali numero, decimas dicentes, utimur. *per c. Novum 2. & ſeqq. plur. X. eod.* vel quod unius rei, velut pomorum decima pars ſæpius reiteranda ſit, vel quod multarum etiam rerum decimas ſimul ſolvi contigat. *P. Gregor. Tholoſ. Syntagm. jur. lib. 2. c. 20. pr. Caniſ. de Decim. c. 1. n. 1.*

II.

Eſt verò Decima, vel profana ſive temporalis: vel Eccleſiaſtica. Profana illa à jure temporali ſive ſeculati deſcendit, indicitur

 & exigi-

& exigitur. *Dom. Card. Tuſch. tom 2. concl. pract. lit. d. concl. 63 num. 4.* quo trahitur illud Samuelis jura Regum enarrantis. *1. Sam. 8. v. 15.* & ſpecies tributi quandoque dicitur. Ac non rarò inter regalia & jurisdictionis fructus refertur. *P. Greg. Tholoſ. d. l. n 2 Ernſt. Cothman. vol. 3. conſil. acad. Reſp. 47. n. 71. Ludolph. Schrader. de Feud. part. 10 ſect. 5. n. 176. Reinkingk. d. Regim. lib. 3. claſſ. 1. c. 8. nu. 6.* Sic Decimarum vini, olei & frugum pro neceſsitate Reipubl. Rom. exactarum ſæpius meminit *Cicero 3. Verrin. & aliis in locis.* ac M. Æmilio Lepido Siciliæ Prætori ut duas decimas frumenti exigeret, & L. Oppio Salinatori Sardiniæ Prætori de aliis decimis expoſcendis mandatum dicit *Livius hiſtor. Rom. lib. 36. c. 2. in fin.* & Athenienſes Chryſopoli capta δεκατευτήριον extruūt, decimamque de ponticis navibus exigunt *Xenoph. hiſt. Græc. lib. 1. f. m. 355.* & decimæ rerum ê ponto vectarum ab Athenienſibus venditæ meminit *idem lib. 4. hiſt. Græc. f. m. 423.* ac decima metallorum fiſco principum, ex hominum privatorum fodinis, territorio illorum ſubjectis ſolvi debet *L. Cuncti. 3. C. d. Metallar. & metall. lib. 11. Gothofr. ad l. 2. §. 2 ff. de pollicit. lit. b. Rebuff. d. Decim. quæſt. 3. n. 19. Schneid. de feud. part. 2. num. 104. & ſeq.* & Decima hereditatis non civi delatæ à Curatoribus civitatis alicubi locorum in publicum vertitur teſte *Curtio tom. 1. Conjectur. lib. 1. c. 51.* & de decima litis à temerario litigatore olim ſolvenda loquitur *§. Ecce. 1. J. de pœn. temer. litig. auth. Generaliter C. d. Epiſc. & Cleric. Gothofr. ad d. l 2 Rebuff. d. l. n. 20.* ex L. Papia etiam, liberis ex matrimonio non intervenientibus, decima præſtanda olim erat *L. 2. C. d. infirmand. pœn. cœlib. Rebuff. d l numer. 18. Tholoſ. d. l. num. 2.* Poteſt quoque in cenſu & Emphyteuſi conſtitui ut ſingulis annis decima pro cenſu vel canone ſolvatur. *Card. Tuſch. d. concl. n. 11.* has tamen decimas maluut decimationes nominare *Bald. vol. 1. conſ. 419. n. 1. & Tuſch. d. l. n. 4.*

III.

Eccleſiaſticam diſtinguit *Tholoſ. d. l. n 3.* in illam, quæ ſolvitur ex rebus Eccleſiæ ſeu fructibus Sacerdotiorum & beneficiorum etiam perſonis non Eccleſiaſticis, ſive laicis: & illam quam laici & alii de rebus ſuis perſonis tantum Eccleſiaſticis debent & exſolvunt. Iſta, quæ de rebus Eccleſiaſticis quandoque præſtatur ob juvandum reipubl. Chriſtianæ ſtatum, captivos redimendos pon-

tificis

tificis indultu conceditur *Tholoſ.d.l.* atque ut ex bonis ſæpè Eccleſiaſticis principſum inopia & egeſtas pontificis conceſſu ſuſtentetur, non æquum modò ſed & cauſſam conſtituendi decimam putat. *Azor. Inſt. moral. tom. 1. lib. 7. c. 23. in fin.* Sic Nicolaus IV. P. M. Carolo Siciliæ & Hieroſolymorum Regi jus exigendi à Sacerdotibus proventuum Eccleſiaſticorum decimas ad expeditionem, contra Sultanum terram & Civitatem ſanctam obſidentem, ſuſcipiendam conceſſit. *Paul. Æmil. lib. 8. in phil. pulcr. f. m.* 245. & Bonifacius IIX. ob proſecutionem guerræ, ac negotii regni Siciliæ contra hoſtes, per totam Italiam & alia loca Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis decimam impoſuit, *c. unic. d. decim. in Extravag com.* ubi tamen immunia quoq; ab illis non nulla facit beneficia. Non tamen niſi ad tempus nec in perpetuum ejuſmodi decima conceditur *Clem. Si. 2. de decim.* Unde & petitam aliquando iſthanc decimam Epiſcopi & totus ordo Eccleſiaſticus, ne in conſuetudinem perennem abiret, veriti denegarunt, *Chromerus lib. 14. de reb. geſt. Polon.*

IV.

A Laicis autem & aliis Deo vel miniſtris Eccleſiaſticis quæ datur: eſt vel Gentilium vel non Gentilium ſive piorum, & quidem vel ex ſolâ naturalis rationis dictamine vel certâ lege latâ. Gentiles inſita ſibi naturali Deorum ſuorum, licet fictitiorum, veneratione decimas voverunt & ipſis obtulerunt. *Tholoſ. d. lib. 2. cap. 22 n. 5. Azor. d. l. verſ. ſecundò. Rebuff. de Decim. quæſt. 1. n. 4. 5. Gothofr. ad d. l. 2. §. 2. ff. d. pollicit. lit. A.* ut vel illorum benedictione facilius diteſcerent, qualiter Herculi dicavit quilibet opum cupidus *Macrob.* 3. *Saturnal. c. 23.* Sic Sylla decimam Herculi omnium facultatum obtulit. *Plutarch. in vit. Sylla, &* Cratalo Malei patris juſſu decimas ex præda Sicilienſi Herculi obtulit *Juſtin. in Epitom. hiſtor. Trogi pomp. lib. 18. ſub fin.* & Paraſitus *apud Plaut. in Stich. act. 1. Sc. 3.* ait: uti decumam partem Herculi polluceam. *& act. 2. Sc. 2* Hercules decimam eſſe adauctam, tibi quam vovi, gratulor. vocatque hanc partem Herculaneam Geta apud Plaut. *in Trucul. act. 2. Sc. pen.* vel ut bellum proſperè gererent & auxilio Dei tuti hoſtes devincerent, vel etiam ut iis devictis pro præſtito adjumento gratias agerent. Crotonienſes cum Locrenſibus bellum gerentes Apollini

decimas prædæ voverunt. *Juſtin. in Epit hiſtor. Trogi pomp. lib 10. in med.* & finito inter Eleos & Lacedæmonios bello Agis dux Delphos profectus decimam obtulit, *Xenoph. hiſtor. Græc.lib.3.* Cyrus Crœſo devicto, eodem, Jovi decimas neceſſario ſolvendas eſſe, conſulente, ſolvit. *Herodot lib.1.f.m.67.* Xenoph. Dianæ decimas exſolvit, decimasq; agrorum ipſi dicatorum quemvis poſſeſſorē ſolvere juſſit. *de expedit. Cyr.lib.5.f.m* 274. ac thure, in Arabia, Collecto & Sabotam cōportato decimas Deo, quem Sabin vocant menſurâ non pondere Sacerdotes accipiunt. *Plin. hiſt.nat.lib 12.c.14.*

V.

Non Gentiles pii homines, vel Veteris vel Novi Teſtamenti temporibus viventes decimas exſolvunt. Et illi quidem Judæi ſcilicet nulla adhuc lege ad earum ſolutionem adſtricti naturæ dictamine, pietatisq; inſtinctu, debitæ gratitudinis declarandæ ergò Deo & ſacerdotibus decimas ſponte ſuâ obtulerunt, & exſoluturos etiam voverunt, ut Abrahami Melchiſedecho ſolventis, *Gen. 14.v.20. Hebr.7. v. 8.* & Jacobi voventis *Geneſ.28. v. ult.* exempla comprobant *c.decimas Deo* (6) 16. *q.* 7. *Alex. Moneta de Decim c.1.n.1. Azor. d l.*

VI.

Juſſu poſtea Dei opt.Max. inter poſteros Jacobi politia per Moſen, certis à Deo per eundem legibus latis & præſcriptis, conſtituta, informata & confirmata, certæ etiam leges de decimis latæ fuerunt: omnes decimæ terræ ſive de pomis arborum, ſive de frugibus Domini ſunt & illi ſanctificantur, & bovis & ovis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt quicquid decimum venerit ſanctiſicabitur Domino *Levit. 27. v. 30. & 32. Deuter.12.v.6.* atque ſolventibus incrementum bonorum reliquorum promittit, non ſolventibus autem graviſſimas pœnas comminatur Propheta, *Malach.c.3.v.10. & ſeq. c. decimas (1) c.omnes (5) c.majores (8) 16.q.7.*

VII.

Exigere autem Deus decimas & ſibi ſanctificari voluit non aliquâ ex indigentiâ, quia omnia illius ſunt. ψ. 24. *v.1.*ψ.*50.v.10.* nec etiam in præmium: ſed tum in honorem & ſignum ſuperioris & univerſalis Dominii, *c. decima (66) 16. q.1.c.tua nobis 26. c cum non ſit. 33.x.d. decim.* tum etiam ut Levitæ, quibus Deus omnes decimas in proprium patrimonium conceſſit & dedit *Num.18.v.21.24 & 26.*

& 16. Sacra peragentes & tabernaculo inſervientes inde alerentur, 2. *Paralip.* 31. *v.* 4. & 6. recompenſaretur que ipſis ita quod terræ Canaan partem nullam capere & patrimonii jure eum tribubus aliis poſſidere debebant. *Num* 18. *v.* 23. *Deuter.* 14. *v.* 27. *Nehem.* 12. *v.* 44. & *cap.* 13 *v.* 5. *Tholoſ. d. c.* 22. *n.* 3. *Reinkingk d. l. n.* 3.

VIII.

Atque has jure divino debitas decimas communiter, *ex doctrina Hieronymi ſuper Ezech. c.* 45. diſpeſcunt (1) in communes quæ Levitis præſtabantur, *Num.* 18. *à v.* 21. (2) In decimas decimarum quæ à Levitis Sacerdotibus ſolvebantur, *d. c.* 18. *v.* 28. (3) in decimas pauperum quæ tertio quoque anno datæ, Levitarum, pauperum, viduarum & pupillorum erant. *Deuter.* 14. *verſ* 28. & *cap.* 26. *v.* 12. Et (4) in Decimas, quas quisque quotannis ſeparabat & cum iret Hieroſolymam in veſtibulo templi invitato ad convivium Levita comedebat. *Deut.* 12. *v.* 17. & *c.* 14. *v.* 22. & *ſeq. c.* 1. *x. de decim. Carol Sigon de Republ. Hebr. lib.* 4. *c.* 15. *Polydor. Virg. de invent. rer. lib.* 6. *c.* 14. *Dominic. Soto. de J. & J lib.* 9. *quæſt.* 4 *art.* 1. *Card. Tuſch. d. concl.* 63. *num.* 7. *Tyndar. de Decim. n.* 1. *quæſt.* 1. *Heinr. Caniſ. de Decim cap.* 12. *num.* 2.

IX.

Iſtæ tamen Leges de decimis Moſaicæ ut nec gentes præter Judæos alias: ita nec nos ſub libertate Euangelii viventes illorum politiâ abolitâ & legibus abrogatis ligant. *Matth.* 11 *v.* 13 *Luc.* 16. *v.* 16. *Galat.* 3. *v.* 19. Quod tamen plures Canoniſtæ arbitrantur, ut videre eſt apud *Tuſch. d. tom.* 2 *lit. d. concl.* 62. *num.* 4. Veruntamen cum hic falcem in alienam meſſem immittant & ſcripturæ interpretationem ſibi attribuere audeant, Theologis, quorum eſt interpretari ſcripturam, magis credimus. *Azor. tom.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 23. *verſ. quartò. Alex. Monet. de decim. cap.* 1. *num* 11. *Thom. Aquin. in* 2. 2 *q.* 87. *art.* 1. *in reſp ad* 1. ait: Decima *introducta eſt inſtitutione divinâ in veteri Teſtamento ſecundum conditionum populi, cui lex dabatur,* & *Hugo de S. Victore* 1. *de Sacrament. part.* 2. *cap.* 3. & 4. *dicit decimas ante legem fuiſſe ſub conſilio; ſub lege in præcepto; poſt legem libertatis ſpiritui Chriſtianos commiſſos eſſe.* Chriſtiani tamen ex præallegatis legis Moſaicæ locis, decimas illas

 alimen-

alimentationi & exhibitioni Levitarum & Sacerdotum inſerviiſſe colligentes, ſeſe, ex argumento Apoſtoli Pauli 1. *Cor.* 9. *v.* 13. *& ſeqq.* è lege illâ ad Euangelii Sacerdotes ducto, & jure naturali ex rectæ rationis dictamine, quia dignus mercede operarius *Matth.* 10. *v.* 10. *Luc.* 10. *v.* 7. 1. *Tim.* 5. *verſ.* 18. & jure divino ex officii ratione, 1. *ad Cor.* 9. *v.* 14. *& d. c.* 5. *v.* 17. quia qui Euangelium annunciat, de Euangelio vivat 1. *Cor.* 9. *v.* 14. *c. cum ſecundum* 16. *X. de præbend. & dign.* ad hoc ut Sacerdotes ſuos alant & ſtipendia iis ſolvant teneri fatentur, *Azor. d. l. v quartò. Reinkingk. d. l. n.* 5. Churſ. Sächſ Kirchen Ordn. *art. gener.* vom Opffer. Ideò Apoſtolus Paulus ſtipendium miniſtrorum Eccleſiæ debitum, *Rom.* 15. *v.* 27. & poteſtatem accipiendi, & ordinationem *Dei* 1. *Cor.* 9. *v.* 14. vocat. Atque Chemnit. *loc. theol. par.* 2. *in loc. de paupertate c.* 4. *f. m.* 162. *Azor. d. l. v. octavò*, Salaria illa Sacerdotum legi juſtitiæ & non charitatis vel miſericordiæ adſcribunt. Qua verò ratione miniſtris proſpiciendum ſit de victu non ſub ſolvenda certa & definita parte exprimit, ſed pro eorum numero & dignitate liberum *dd. ll.* Apoſtolus relinquit. *Chemnit. loc. Theol. p.* 2. *in loco de Lege Dei, c.* 4. *Dom. Soto de J. & J. d. l.* 9 *quæſt.* 4. *art.* 1. *Azor. d. l. v. quartò in fin.* neque etiam apud Evangeliſtas nec apud Apoſtolos reliquos præceptum de decimis à Chriſtianis exſolvendis reperire eſt, cum tamen non ſubterfugerint omne conſilium Dei hominibus annunciare, *Actor.* 20. *verſ.* 27. *Dom. Soto d. l.* Magiſtratus Chriſtiani alimentationi & exhibitioni Sacerdotum proſpicientes vel ex publicis proventibus *l. privilegia* 12. §. 2. *C. de SS. Eccleſ.* vel prædiis certis vel aliis reditibus annuis adſignatis, ut variæ variorum locorum conſuetudines & Leges ad oculum demonſtrant, ſalaria conſtituerunt. Alii etiam ad ſimilitudinem legis Moſaicæ nomen & uſum decimarum in Rempubl. illi convenire arbitrati minusque gravem Sacerdotes alendi rationem eſſe rati, induxerunt ſuisque ut inde Sacerdotes ſalaria ſua accipiant, legibus ſanciverunt. Unde Thom. Aquinas de ſuo foro loquens ait d. l. decima pars ſolvenda eſt autoritate Eccleſiæ tempore novæ legis inſtituta, atque Chemnitius ait poſſunt uſurpari quædam leges Moſaicæ, quæ ad formam noſtrarum rerumpubl. accommodatæ ſunt, ut de decimis. *d. l de lege Dei c* 4. *ſub fin.* Non autem ex auctoritate legis Moſaicæ, quia nos

non

non obligat; ſed novas de decimis leges Moſaicis conſentientes magiſtratûs ferentis, conſensûs publici & conſuetudinis receptæ autoritas nos ligat. *Menzer. in Exeg. Auguſt. Confeß. art.16. num. 36. Zepper. lib.1. polit. Eccleſ. c.23. p. m. 254. Dom. Soto d. l. Gregor. de Valent. tom.3. com. theolog. diſp.6. q.5. d. decim. punct.1. v. atq; ex hoc. Covar. lib.1. var. reſol. c.17. n.7. v. præterea. Alex. Monet. d. l. n. 11. Caniſ. de Decim. c.3. Conrad. Sommerhart latè per integros duos libros in tr. de Decimis in utramque partem hæc tractat. Azor. d. l. verſ. in his igitur. Danæus lib.2. Eth. c.10. f. m. 174. Scheplitz in promtuar. Jur. Tit.3. §. 1. n.13. Archidiac. in c. decimæ. 16. q. 1.*

X.

Quo autem tempore inter Chriſtianos vel lege vel conſuetudine primùm decimæ conſtitutæ invaluerint, non certò liquere plures putant. Hoc patet antiquiſſimis inde à temporibus in uſum decimandi morem revocatum eſſe. Conſtantinum Magnum ut de rebus omnibus decimæ Eccleſiis ſolverētur ſtatuiſſe *ex Hermanno Gigante Zepper. lib.4. de LL. Moſa. c.10. n.3. refert.* Carolum item Magnum Saxoniam jam devictā liberam à jugo tributorum reliquiſſe, Eccleſiis autem ad decimas ſolvendas obligatam eſſe voluiſſe teſtatur *Crantz. in Metropol. lib 1. c.8. pr. & Geſnerus de Concil lib. 2. p. 376. ex Chron. Qvedlinb.* & idem Synodi Matiſconenſis *can* 5. & Moguntina *can.* 38. decernunt. Noſtrâ & ſuperiori ætate ut arctius Chriſtiani ad illas de omnibus rebus ſolvendas, conſtringerentur & refractariis pœnæ irrogarentur, Pontifices non modò Romani ut integri tituli X. *in* 6 *Clementin. & Extravag. commun.* de Decimis oſtendunt, ſtatuerunt: verum etiam Imperator Electores, Principes Magiſtratus ſanciverunt. *ut patet ex* R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. vnd nach dem auff. *&* R. A. zu Augſpurg/ *de Anno* 1530. §. *Item* Wie wir hiebevor. R. A. zu Augſpurg / *de Anno* 1555. §. Damit auch obberührte. *&* 2, *ſeqq.* Landrecht/ *lib.2. art.* 48. *&* 58. Churf. S. Kirchen Ordn. *art. gen. tit,* 22. vom zehenden. Synodaliſch *decret.* §. Wie auch keiner. *& ſeqq.* Churf. Brandenb. *Viſitation* Ordn. *tit.* 16. von der Pfarherrn einkommen. *& quàm plurimis aliis diverſorum locorum, regionum & populorum legibus: ſtatutis & conſuetudinibus.*

XI. Licet

XI.

Licet autem in quam plurimis juris Canonici locis à Sanctis etiam Patribus *cap. Revertimini (65) c.decima (66)16.q.1 c.majores (8) 16.q 7. cap. tua nobis 26.c.parochianos 14. X. de decim.* Legiſtis item & Canoniſtis decimæ juris divini dicantur, id tamen ideo fieri putāt, ut originem traxiſſe decimas, ex Jure præcipuè divino, inque illo inſtitutas Chriſtianos imitatos eſſe ſignificent. Arg. *c.parochianos 11.X. de decim. Covarruv. lib.1.var.Reſol. c. 17 n.2.v.& præter hæc.* Sicque juris divini dicunt Canones, quod more veteris legis conſtitutum eſt. vel etiam decimam ibi in genere poſitam alii arbitrantur pro omni illo, quo miniſtri aluntur & unde ſtipendia ſibi conſtituta habent: atque ita etiam Deo ſolvenda dicitur, quia ſolvitur Eccleſiæ miniſtris, & ipſe Deus ſibi dari dicit, quod verbi divini miniſtris datur, atq; horum cibum & horreum, ſuum cibum & horreum dicit. *Malach 3.v.10. c. Revertimini (65) 16. q.1. Azor. d. lib. 7. c. 23. v. quintò §. Cæterum:* Imò ipſi Canones ſibi divinam quoque autoritatem tribuunt. *per c. fin 16. q.1.*

XII.

Atque de Chriſtianorum decima, omiſſis ſupra poſitis profanis, gentium & Judæorum decimis, pro temporis & inſtituti ratione pluribus dicendum eſt. Illa ex iis quæ variè varii *CC. & Dd.* tradunt deſcribi poſſe videtur: Quod ſit quota pars, (quanta ſcilicet neceſſaria viſa, lege vel conſuetudine determinata eſt, ſive octava ſive vigeſima ſit, ubì verò determinata nulla eſt, decima pars præſtanda venit. *Azor. Inſt. moral. d. l. c 23. pr. Moneta de Decim. c.2.n.4. Hackelman diſp. can.8. th. 2. Rebuff. de Decim q. 4. n. 1. & q.13.n. 46. Tyndar. de decim.n. 31.*) omnium bonorum (mobilium *Hoſtienſ. in ſum. de decim §.1. & ex eo Calvin. in lexic verb decima per ration. gloſſ. in c. paſtoralis.28.lit.n. X. de decim, & Innocent. in c. Non eſt. 22. X. eod*) legitimè quæſitorum *d.c.non eſt 22. c. ex transmiſſa. 23. X. h. t. Proverb.3.v 9. junct. c. peccatum 4. de R.J. in 6. & L.54.§ 1.ff.de furt. Tyndar. d.l.n.45. Panorm. in d. c. non eſt n.3.4. & c. tua. 26. n. 6. X. h. t.* divinā inſtitutione, humanaque conſtitutione: debita *ut jam th. 9. & 10. dictum.* Suſtentandis Eccleſiæ miniſtris præcipuè deſtinata. *Covar. d.l. n.2.3. Moneta d.l.n.5. in fin. Caniſ de decim. c. 1. n. 6. Hackelm. d l. Rebuff. de decim. q 2. n 2. & 3.*

XIII. Et

XIII.

Et ſolet receptiſſimo more dividi decima in (I.) *prædialem*, quæ ex fructibus & proventibus ſive urbanorum ſive ruſticorum prædiorum debetur. *c. tua nobis 26. X. de decim.* ut mercede ex locatione ædium *c. pen. x. de pact. c. commiſſum 4. X. h. t. & ibi Panorm. num. 2.* proventibus molendinorum *c. pervenit. 5. c. ex transmiſſa 23. X. h. t.* quocunque grano, tritico, hordeo, avenâ, omnibus leguminibus *&c. c. ex multiplici. c. non eſt. 22. X. de decim.* Synodaliſch *decret.* §. Ob auch *ibi.* Korn/ Weitz/ Gerſtẽ/ Habern/ Erbſen/ Wickẽ/ Flachs/ Hanff/ Hirſche/ Heidekorn/ Kraut/ weiſſen vnd gelben Rüben/ Zwiebeln / vnd andern. *Ord. Eccleſ. art. gen. 22.* §. Deßgleichen *ſol. &* §. So ſol es auch. de hortis & fructibus arborum, pomis, pyris, nucibus, lupulo, vino, oleo, *c. quicunq; (4) 16. q. 7. d. c. non eſt. 22. X. h. t.* Landrecht. *lib. 2. tit. 58. ibi.* Weingarten vnd Baumgarten Zehend. de paſcuis, pratis, fœno, *c. commiſſum 4 c. pervenit 5. X. h. t.* de lapidibus, lignis, metallis, *arg. L. item ſi. 9. §. 2. 3. ff. de uſufr.* & in genere de omnibus rebus *c. ex transmiſſa h. t.* omnique fructu & reditu *cap. nũcios 6. c. ex parte 21. X. h. t.* etiamſi expreſſum ſpecialiter in jure de hoc vel illo non ſit. *Azor. d. l. 7 c. 24. v. nonò. & c. 23. v. tertiò. Card. Tuſch. d. concluſ. 63. n. 1. & concl. 66. n. 1. Tyndar. de decim. n. 4. Dom. Soto. de Juſt. & Jur. lib. 9 quæſt. 4. art. 2. Matth. Steph. in exeg. Jur. Can part. 2. n. 34. Tholoſ. d. lib. 2. Syntag. c. 23. n. 2. Archidiac. in c. Eccleſias 13. q. 1.* Subdiſtinguunt tamen hanc prædialem in majorem, quæ ſc. ex frumento, vino &c. ſolvitur, & minorem ſive minutam, quæ ex hortis, oleribus &c. præſtatur *c. ex multiplici 3, c. cum in tua. 30. & ibi gl. lit. Q. X. de decim. c. ſtatuto. 2. §. fin. de decim. in 6. Rebuff. de decim. q. 3. n. 26.*

XIV.

Et ſi Dominus faciem & qualitatem prædii vel agri immutet, domo deſtructâ in areâ arbores, in agro vineam plantet, vel in prato domum extruat, tamen decima, rei qualitate etiam immutatâ, ex fructibus, qui inde colliguntur, debetur. *c. commiſſum 4. X. de decim.* KirchenOrdn. *d. art.* §. So ſol es auch. *in fin. Panorm. ad d. c. 4. n. 2. Azor. d. lib. 7. c. 24. v. decimò.* Atque eandem etiam terram ſi Dominus diverſo ſemine uno in anno pluries conſerat, ex omnibus etiam & ſingulis quos & quando fructus fert, decima ſolvenda eſt *c. ex parte 21. X. de decim. & ibi gl. lit. b. & Panor. n. 1. Azor. d. l. v. duodecimo.*

B XV. Si

XV.

Si verò ſegetes maturas vel arbores fructiferas quis cædat vel comburat, ut nihil fructuũ Dominus prædii colligere poſsit, Eccleſiæ, ut indemnis remaneat, æſtimationis decima debetur. *Azor. d.l.7.c.24. verſ. ſextò. Innocent. in c.non eſt n 2. x. de decim.* quod tamen limitat in feris beſtiis ſegetes depaſcentibus, *Innocent. ad cap. commiſſum 4. x. h. t.* & in exciſis arboribus tempore belli legitimi *Panorm. ad d.c. commiſſum 4. n.6.*

XVI.

Atque (2) *perſonalem*, quæ de adquiſitis à perſonâ, ex officio, artificio, ſcientiâ, militiâ, negotiatione vel aliis ſimilibus actibus licitis ſolvitur *c. decimæ (66) 16. q.1. c. quicunque (4) 16 q.7. c. ad Apoſtolicæ 20. c. paſtoralis 28. x. de decim. Dom. Card. Tuſch. d concl.63. nu.2. & concl.68. pr. Azor. d c.23. v. tertiò & c.24. v. nonò. Steph. in exegeſ. jur. Can. d. l. Tyndar. d. l.*

XVII.

De venatione etiam, piſcatione & aucupio *c. perrenit 5. C. Non eſt 22. X. h.t.* decima ſolvitur. Atque eandem perſonalem dicunt CC. quia ex operâ, induſtriâ & miniſterio hominis non habito ad ſolum vel flumen reſpectu, ubi quid capitur, capientis provenit. Si ſcilic. venatio & piſcatio liberè cuique conceſſa eſt *per § flumina 2. & § feræ. 12. J. de R.D.* Hodiè vero in pleriſque locis cum interdictum ſit venari promiſcuè cuilibet ubique *§. Si quis 5. de pace tenenda 2. F.27.* jure venandi principibus & nobilioribus vel certis perſonis tantum reſervato. *LandsOrdnung. tit. von jagen/ ſchieſſen/ & tit. Das keiner/ &c. Speckh. Illuſtr. quæſt. centur. 1. quæſtion 97.* in alienis qui venantur, aucupia exercent, vel piſcantur furtum captarum ferarum vel piſcium committunt, proptereaque pœnas incurrunt graves *d. t. LandsOrdn. Speckh. d. cent q.98. Dd. communiter.ad*

ter ad.d.§. Feræ. ac de illis ut de injuſtè quæſitis, decima non exigitur ut th ſeq. dicam. Soli ergò illi quibus jus venandi competit decimas ſolvere tenebuntur. Si tamen certum pretium Domino fundi, venationum vel piſcationum conductor, Wenn Jagten vnd Fiſchwaſſer verpacht / præſtat, vel etiam ſi fructus prædii ex venatione vel piſcatione conſtat *per L. item 9 §.5.ff. de uſufr. L. venationem 26. ff. de uſur.* prædialibus adnumerare malunt, quia ibi non tam ex artificio, quam ex re ipsâ, terra ſc. vel aqua, feræ & piſces percipi cenſentur. *Innoc. in c. Non eſt 22. n 1.2. x de decim. Tyndar. de Decim. n. 5. & ſeqq.* Solummodo voluptatis gratia ſi volucres vel feræ eſſent incluſæ ex iſtis decimas non deberi putat. *Azor. d. c. 24 v nonò in med.*

XIIX.

De illicitè & injuſtè quæſitis decimam non debere præſtari, nec ab Eccleſiâ oblatam recipi colligitur *ex c. ex transmiſſa. 23. x. de Decim. c. Non eſt putanda (27) 1. q 1. c. miror (8) in fin. 17. q. 4. c. immolans (2) c. fortè (3) c. ſcriptum (11) 14 q. 5. c. ſuper eo 2. x de Raptoribus.* Diſtinguere tamen ſolent CC. quod Eccleſia & ejus miniſtri de adquiſitis ex peccato occulto, de quo nemini adhuc conſtat recipere decimas poſſint. Si verò ex peccato notorio quid adquiratur, quod reſtitutioni ſubjacet, ut furto quod aufertur aut vi rapitur, non recipi decimam ab Eccleſiâ poſſe vel debere dicunt *per c. final. 14. q. 5. & ibi gl.* tum ne Dominis res ſua invitis auferatur: tum ne Eccleſia peccata probare & lucrū inde quærere videatur, tum etiam ne exinde anſa delinquendi detur. Si verò reſtitutioni non ſubjacet res velut ex quæſtu meretricio quod adquiritur: cum ſc. donare meretrici liceat *L affectionis 5. ff. de Donatiòn.* nec datum ab illa repeti poſſit *L. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.* deberi de eo decimam à meretrice, non tamen propter criminis deteſtationem *Deuteron. 23. verſ. 18* niſi reſipiſcens meretrix pœnitentiam egerit recipiendam eſſe putant *Thom. Aquin. 2 2. q. 87. art. 2. in Reſp. ad 2. arg. Azor d. c. 24. verſ. decimotertiò. Soto d. l. gloſ ad c. decimæ (66) lit. y. 16 q. 1. Innocent. & gloſ. in c. ex transmiſſa 23. X de Decim. Tyndar. de Decim. numer. 45. & mult. ſeqq. Rebuff. de Decim q 5. num. 18. & ſeq.*

prædium verò etiamſi injuſtè quis invadat & teneat (vel etiam poſſeſſor aliàs juſtus criminis cujuſcunque reus ſit) decimas de fructibus ibi natis exſolvere tenetur. *d gl. in d. c. decimæ lit. y. 16. q. 1. & gl. in c ex transmiſſa 23. X. de Decim. lit. d.* quia ſcil. non datur ratione perſonæ, ſed prædii, atque decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem juſtum & injuſtum. *per c. quantò. X. de uſur. & c. ſi verè 34. X. de ſent. excom.* neque fructus ex illius delicto ſed ex divinâ benedictione de terrâ proveniunt. imò ſi non ſolvere decimas teneretur melioris conditionis eſſet, quam verus rei Dominus juſtusvè poſſeſſor. *Tyndar. d. l. n. 49. Rebuff. Innocent. Azor. dd. ll Monet. de decim. c. 4 n 39. Tholoſ. d. c. 23. n. fin.*

XIX.

Si aliquid donetur vel legetur alicui vel etiam heres inſtituatur quis, eundem ad decimam rerum quidem immobilium non; at benè fructuum poſteà inde provenientium teneri plures fatentur. *Azor. d. c. 24. v. undecimò. Innocent in c. Non eſt. 22. X. h. t. gl. in c. paſtoralis 28. lit. n. X. eod.* de fructibus verò & aliis mobilibus dubitant: in herede quidem ſuo frequentiori calculo comprobant illum non teneri, quod is vivo etiam adhuc patre Dominus quodammodo exiſtimetur §. *ſui 2. J. de hered. qual. & differ.* in Extraneo herede inſtituto vel eidē legato relicto vel quapiam re illi donatâ variant, teneri hunc ad decimam volunt. *Azor. d. c. 24. v. octavò. & d. gl & gl. in c. decima (66) 16. q 1* per rationem verborum : quaſi ex lucro *in d. c. paſtoralis.* 28. & verb. licitè adquirere *in c. ex transmiſſa. 23. X. h. t.* Non teneri putant. *Innocent. in d. c. non eſt.* quia ſc. nec de humo, nec de operâ manuum ejuſmodi decima daretur. *Moneta. d. c. 4. num. 37. & ſeq. Rebuff. de decim. q. 8. nu 31.* Optimum erit cum *Panorm. in d. c. paſtoralis. n. 8.* hac in parte conſuetudini, tanquam optima legum interpres quæ eſt, ſtare *per c. cum dilectus. 8. X. de conſuetud. L. 37. ff. de LL.* *Caniſ d. c. 1. n. 7.*

XX.

Et (3) *Mixtam*, quæ habitâ ratione partim prædiorum partim & hominis induſtriæ invicem concurrentium præſtatur, ut de animalibus, habitâ ratione loci in quo aluntur & cuſtodiæ atq; curæ paſcentis. *Tholoſ. d. c. 23 n. 3. Hoſtienſ. in ſum. de Decim. nu. 3. Rebuff. q. 3. num. 33. Moneta. c. 3. nu. 9. Azor. d. c. 23. v. tertiò.* atque hæc decima

debetur

debetur de omni fœtu animalium *c. nuncios. 6. c. nõ eſt. 22. x, h. t. c. omnes decimæ* (5) 16. *q.* 7. *c. paſtoralis.* 28. *x. h. t.* Landrecht. *lib.* 2. *artic.* 48. Eines jeglichen Viehes giebt man Zehenden. *& in fin.* Von Bienen/Füllen/Maul/Kälb/ Eſel/Schaff/Ferckẽn/ Ziegen/Gänſen. & vulgò dicitur. Der Fleiſchzehend. Landrecht. *lib* 2. *art.* 58. Et jus Saxonicum gallinas licet eximere videatur: *d. art.* 48. tamen & ex illis decimam deberi conſuetudo manifeſtè probat. Et fructu omni ex animalibus qui percipi poteſt, ut de lana *c. pervenit.* 5. *x. h. t.* melle, cerâ, lacte, caſeo, butyro. *Azor. d. l. Rebuff. quæſt.* 8. *nu.* 25. Hanc tamen decimam mixtam ad prædialem refert *gl. in c. Ad Apoſtolicam* 20. *lit. f. x. h. t. & Navarr. conſ.* 2 *de decim.* ſub alterutra dictarum cujus naturam magis ſequitur contineri illam vult *Hackelman. d. diſp.* 8. *th.* 4.

XXI.

Ad decimarum autem ſolutionem tenentur regulariter Laici omnes cujuscunque ſexus vel dignitatis *c. præter hoc. 6. in fin. diſt.* 32. *c. ex transmiſſa* 23. *cum* 2. *ſeqq. x. h. t. c. ſtatuimus* (55) 16. *q.* 1. *c. decimæ* (66) 15 *q.* 1. *Rebuff. q.* 5. *n.* 1. *Moneta c.* 5. *n.* 1. Et quia res ſemper cum ſuo onere tranſit *per c. cum non ſit* 33 *x. h. t. c. fin. eod. c. ex literis* 6. *in fin. x. de pignor. gl. in c. Tua nobis* 26. *lit. i. in fin. x. h. t.* decimam, de prædiis quæ ſolvi conſuevit, Judæi, aliique etiam infideles de terris, quas colunt, præſtare aut prædia dimittere coguntur. *c. de terris* 16. *x. h. t. c. quanto.* 18. *x de uſur. cap. Nimis* 17. *x. de exceſſibus prælator. Dominic. Card. Tuſch. tom.* 2. *pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 80 *ex Oldrad. conſ.* 91. Monachi quoque Clerici & Religioſi, *non obſtante c. novum* 2. *x. h. t.* exemti & non exemti de acquiſitis & acquirendis rebus non exemtis, *c. ſi quis Laicus* (42) 16. *quæſt.* 1. *c. commiſſum* 4. *c. pen. x. h. t. c. ſtatuto.* 2 §. *Diœceſani.* §. *cæterum h. t. in* 6. *Clem. Religioſi de decim. Tuſch d. tom. lit. d. concluſ.* 65. *num.* 4. 5. quod & noſtri Parochi de prædiis ſuis decimari ſolitis faciunt. Ipſa item Eccleſia de prædiis ſibi in dotem aſsignatis antea decimari ſolitis. Dos enim non tollit onus, nec una Eccleſia cum alterius damno fundari & extrui poteſt. *c. Eccleſiæ* (43) *cum ſeq.* 16. *quæſt.* 1. *d. c. fin. x. h. t. gloſ. in c.* 1. *x. de cenſib. lit. f.* niſi tamen dos illa admodum modica eſſet. *Tuſch. d. concl. num.* 8. *Azor. d. c.* 24. *pr. verſ. ſecundò & verſ. quintò.*

XXII.

Si verò Dominus fundum aliquem colendum alteri locat, uterque tàm Dominus quàm Colonus ad Decimæ exſolutionem teneri poteſt *c à nobis 24. & c. tua nobis 26. X. h. t.* Si Colonus partiarius eſt, ut uterque fructuum partem accipiat, uterque etiam ſimul de ſuâ parte decimam exſolvet, quæ tamen non duæ decimæ, ſed una, inter duos illos dividenda, vel à duobus exſolvenda erit. *per d. c. Tua nobis 26. x. h. t. & ibi Panorm. n. 14 Moneta de Decim. c. 5. nu. 2. & c. 6. num. 39. & ſeq. Dom. Card. Tuſch. d. tom. lit. d. concluſ. 66. num. 2.* Si autem Dominus certâ pecuniâ vel frumenti modiis Colonum conducit, omnes fructus in prædio natos ſibi ſoli reſervat: Ipſe Dominus tenebitur prius omnem decimã exſolvere, quia omnes fructus pertinent ad *eum per c. non eſt 22. & c. cum non ſit 33. X. h. tit.* nullæque poterunt impenſæ deduci ante haſce decimas *per c. cum homines 7. & c. paſtoralis 28. X. h. t.* Colonus tamen de mercede ſuâ, deductis prius omnibus impenſis, ceu ex lucro, quod nõ propter prædium ſed operam ſuam recipit, perſonalẽ exſolvere debet decimã *per d. c. paſtoralis 28 ibi de omni lucro. & c. ex trãsmiſſa 23. X. h. t. & c. queſt. (46) §. perlatum 16 q. 1. Panormit. d. l. Monet. d. c. 6. nu. 40. & 42. Azor. d. c. 24. verſ. quartò.* aut Colonus Domino certam pecuniam vel frumenti modios, omnibus prædii fructibus ſibi reſervatis, ſolvit, atque ibi Colonus ad quem omnes fructus pertinent, decimam integrè exſolvere tenetur, cum onere enim fructus ad illum tranſeunt *per d. c. paſtoralis 28. X. h. t.* nec prius quod Domino debet deducere poteſt *per d. cap. cum non ſit 33. X. de Decim.* Imò & ipſe Dominus ibi decimam exſolvere quodammodo videri poteſt, quia ſcilicet propter onus decimarum minori penſione locat, atque ipſam etiam penſionem ratione prædii accipit. *Panormitan. d. l. num. 14. & ad d. c. cum non ſit num. 6. Azor. d. l. Monet. d. l.*

XXIII.

Non ſoluta unius vel plurium annorum decimâ ſi prædium venditur, Venditorem pro præteritis teneri & nõ Emptorem plures concludunt, quia ſcilicet is fructus percepit, decima autem fructus collectos afficit, atque ad quemcunque hi perveniunt, idem quoque ad decimam obligatur *per c. cum homines 7 c. paſtoralis 28. c.*

cum

cum non ſit 33.x.h t. unde non ſemper Dominus prædii ſed Colonus etiam fructus percipiens tenetur, *ut th.præced.diximus*, neque etiam alter alterius odio prægravari *c.non debet 22. de R.J.in 6.* aut factum alterius alteri nocere debet. *L factum 155.pr ff.de R.J.Caniſ de decim. c.4.* Alii tamen in favorem Eccleſiæ malunt electionem tribuere parochis utrum convenire malint *Tuſch.d.lit. concl 65 n.2 Azor.d.c. 24.ver. quæres & ver.final. Panor. in c.cum homines 7.n.6.x. h.t.* Si verò prædii poſſeſſor non ſolutis decimis moritur ante alia debita ſolvendæ ſunt. Churf.S.Gerichtsord. *tit.42.§.* Ferner ſol. *Berlich.p.1. concluſ.pr.64.n.108.*

XXIV.

Atque hactenus quiſque decimas debitas exſolvere debet, niſi à præſtatione illarum ſe ſpecialiter exemtum docere poſſit. *c. à nobis 24.X.eod.* Eximere autem aliquem poteſt de Jure Canon. (1) Pontifex privilegio ad hoc dato *per c. ex multiplici 3 c.ſuggeſtum 9. gloſſ.in c. à nobis 24. h. t. lit,g.* ut exemit Ciſtercienſes, Hoſpitalarios & Templarios *c. ex parte 10. cum ſeq. x. h. t.* ut non ſolvant, de iis tamen, ut Pontifex ipſe declarat, *in c. nuper 34. x. h. t.* prædiis quæ ante Concilium Lateranenſe habuerunt, de poſteâ adquiſitis autem exſolvere debent. Exemit item Monachos & Clericos alios ut non ſolvant de nutrimentis animalium ſuorum, hortis & novalibus ſi propriis manibus colunt. *c decimas (47) 16. quæſt. 1.c.ex multiplici 3 c ſuggeſtum 9. c. ex parte 10. x. h. t c. Nimis prava 17.x. de Exceſſib.prælat* leproſos quoq; ut ſimiliter de hortis & nutrimentis animalium ſuorum nō ſolvant *c. cum dicat 2, in fin. x. de Eccleſ. ædific.* Privilegium tamen ejuſmodi, Eccleſiæ, cui alias decimæ debentur, ſi damnoſum nimis eſt facilè ſub & obreptionis argui *per c. quid per novale 21. x. de V. S.* revocarique poteſt *d. c. ſuggeſtum 9. x. h. t.* Non autem privilegium tale extenditur ad decimas ex conventione jam alteri promiſſas *d.c. ex multiplici 3. x. h. t.* nec ad illas, in quarum poſſeſſione jam alius eſt *c. dudum 31. x. de privileg.* niſi expreſsè de hiſce in privilegio mentio fiat. *dd.cc.* Nec etiam ad hoc porrigitur, ſi Monachi privilegiati ſua prædia aliis colenda locant, (*quia privilegium ejuſmodi non prædii ſed perſonæ reſpectu indulgetur. Azor.d lib.7.c. 26. verſ. ſeptimo*) vel ipſi aliorum prædia decimis obnoxia conducunt. (niſi privilegium non

prædia

prædia modo ordinis propria ſed &, quæcunq; habeat quomodocunq;, complectatur. *Azor. d. l. v. Octavò) c. dilecti. 8. c. licet. 11. X. h. t.* nec, ſi privilegio quis renunciat, expreſſe, ubi etiam ſemel decimas ſoluiſſe ſufficere putant CC. *arg. c cum acceßiſſent. 8. X. de Conſtitut.* vel tacitè, ſi decimas ſoluendo, niſi cum proteſtatione fiat, præſcribi priuilegio patitur. *per c. Si. de terrâ. 6. & c. Accedentibus. 15. X. de priuileg. Tholoſ. d. lib. 2. Syntag. c. 24. n. 7. & ſeqq. Rebuff. queſt. 5. n. 28. & q. 13. n. 113. Caniſ. de decim. c. 6. Dom. Soto. de J. & J. lib. 9. q. 4. art. 4. Tyndar. de decim. n. 58. & ſeq. 63. & ſeqq. Azor. d. lib. 7. c. 26. v. Sextò. Moneta. de decim. c. 5. n. 46. & ſeqq.*

XXV.

Ejuſmodi privilegium ſolum pontificem, nullumq́; principem Laicum ne ipſum quidem Imperatorem concedere poſſe. CC. adſtruunt. *per text. in c. Tua. 25 & c. dudum 31. X. h. t. Rebuff. de Decim. q. 5. n. 28. & ſeqq. Tholoſ. d. c. 24. n. 8. & communiter. ad d. c. 25.* Verum in reformatis à pontificio fermento eccleſijs ſuſpenſaq́; per pacificationem Religioſam omni ejus poteſtate, utraq́; illa & Epiſcopali & ſeculari Jurisdictione noſtris principibus competente, ab iiſdem uſurpata & uſurpanda. R. A. Zu Augſp. *de Anno.* 1555. §. Damit auch abberührte. noſtros quoq; principes privilegium non ſoluendi decimas concedere poſſe arbitramur.

XXVI.

Eximitur quis etiam Laicus in totum vel ex parte (2) conſuetudine. (Ut autem in priori modo ita & in hoc ac ſequentibus exemtionis modis, non hoc volumus quod ſalarijs ſacerdotum ita detrahere liceat: ſed nihil ipſis detractum cupimus, quos ex Juris divini præceptis alendos novimus. Et hoc, vt illorum exhibitioni alicunde proſpiciatur, præſupponimus.) *c. in aliquibus. 32. pr. &. § illæ c. quanto 18. in fin. X. de uſur. Thom. aquin. 2. 2. q. 87. art. 1. ait: requiri non poſſunt decimæ propter deſuetudinem. Azor. d. c. 26. v. ſecundò. Covar. lib. 1. var. Reſolut. c. 17. n. 8.* fit autem conſuetudine, vt hodiè apud nullas ferè gentes vel certè quàm rariſſimè decimæ perſonales, vbi prædiales fortè nullæ ſunt, ſolvantur. *Azor. d. c. 24 v. octavò. Caniſ. c. 4. n. 13. Soto de J. & J. d. lib. 9. q. 4. art. 2.* fit etiā ut vel nullæ quoq; prædiales, vel de rebus non omnibus, vel alia etiam pars, octavâ forte, vigeſima vel trigeſima etiam, vel aliud

modo

modo aliud, ut certi frumenti modij pro decimis ſoluantur. Itales & Græcos nihil decimarum ſolvere ſcribit. *Azor. d. c. 26. v. ſecundò. & § ex his multa.* Germaniæ noſtræ conſuetudines notæ itidem cuiq; ſunt, de quibus teſtatur. Landr. *lib. 2. art. 58. ubi dicitur*: Sonderlich Heuſer verzehend man mit einem Hune. *& poſt pauca*: Mann giebt auch an manchen enden gar ſonderlich Gedreide zu zehenden von der Hufen/ vnd ein Lamb von der Schaffherde/ die in einem Hoff gehet. *& gl. eod. art. in fin.* Was hie vonzehenden ſtehet/ das iſt allermeiſt von Gewonheit. *&* Kirchen Ordn. *d. art. gen.* Von zehenden. § Da auch Hufner. *ibi.* keinen decem oder Zinſe ſondern alleine Brot etc. *&* § Alß auch. *ibi.* Das die Bawren zweyerley alß Freye / vnd Zehend Ecker zugleich innen haben/ Synodaliſch *decret.* §. Da auch leute. *&* §. Gleich wie auch. atq; ejusmodi conſuetudines ubiq; gentis, civitatis vel populi, uſu ipſo legitimè præſcripto receptas, ſervandas eſſe dicit. *Azor. d. c. 24. v. octavò.* Atq; principes ſeculares contra illas, Laicos à clericis non moleſtandos, leges ferre poſſunt, quia nec juri divino nec ſuſtentationi clericorum quidquam derogant, tradit & exemplo Caroli V. in Hiſpanijs & Philippi IV. in Gallijs, ne à Laicis exigantur decimæ, quæ ex conſuetudine ſolui non ſolent, ſtatuentium confirmat Covarruv. *lib. 1. Var. reſolut. c. 17. n. 8. v. 4. 5. 6. 7. 9. & pract. quæſt. cap. 35. n. 2. v. 4.* nec Laicum uſu & conſuetudine ſe à ſolutione decimarum exemtum contendentem ſtatim condemnandum ait. *Azor. d. c. 26. v. ſecundò. ſub fin. plura de his Gregor. de Valentiâ comment. theol. tom. 3. diſp. 6. q. 5. punct. 2. VVehner. Obſerv pract. verb.* Novalzehend. *ver.* Wann auch Vnterthanen *ſub. fin.*

XXVII.

Eximitur quis (3.) etiam præſcriptione, ut enim liber & immunis à decimis ſolnendis conſuetudine fieri quis poteſt: ſic & præſcriptione, eo quod poteſtate & autoritate pares ſunt, ait. *Azor. d. c. 26. v. quartò.* Licet enim jus decimandi ut ex alijs agris decimas percipiant, Laicos præſcribere non poſſe conſtet *ex c. cauſam 7. X. de præſcrip.* tamen libertatem hanc non ſoluendi decimas & ſic fructus integros, absq; detractione, ex agris proprijs percipiendi (hujus enim Laicos incapaces eſſe nec ex Juris Pontificij ſanctionibus nec aliunde liquet) præſcribere poſſunt. *Covarruv. d.*

C   *l. n.*

l. n. 10. *argum. L. ſequitur.* 4. §. *libertatem.* 29. *ff. de uſurp. & uſucap. L pen. C. de ſeruit. & aqv. L. fin in fin. C. de præſcr. long. temp. Gregor. de Valentia com. theol. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 5. *punct.* 2 *Vaſq. illuſtr. controv. lib.* 2. *c.* 89. *n.* 10. *Navar. conſ.* 2 *n.* 5. *Tuſch d. lit. d. concl.* 72. *n.* 14. *Caniſ. de decim. c.* 17. *n.* 16. Nec *contradicit* Kirchen Ordn. *d. art.* §. Alß auch zum öfftern. *dum de eâ libertatis præſcriptione loquitur quando* der Zehend etliche Jahr nicht gegeben vnd zur vnbilligkeit vorgehalten/ die Pfarrlehn geſchwecht vnd den Pfarrherrn entzogen worden. *quod nec nos, ut fieri debeat, dicimus VVehner. d. l.*

XXVIII.

Eximitur quis (4) etiam tranſactione vel compoſitione. *per. c. ſtatuimus.* 2. *& c. veniens* 8. *X. de tranſaction.* junct. *gl. lit. f.* & Hoſtienſe, qui multum Eccleſiæ ſic conſuli poſſe putat *& facit c. continebatur* 2. *X. de his quæ fiunt â præl.* Kirchen Ordn. *d. art.* § So wollen. *in fin. ibi.* Der ſchuldige decem etc. gereicht oder dem Pfarrherrn nach gelegenheit leidliche vergleichung derhalben gethan werde. *&* Synodaliſch *decret* §. Gleich wie auch. *ibi:* die beſitzere der Zehend-Ecker etc. ſchuldig ſein/ deswegen gebührliche vnd billige Vergleichung dem Pfarrherr oder *Cuſtodi* zu machen. Ejusmodi tamen compoſitio vel tranſactio ut non perſonalis ſed perpetua ſit conſenſus ſuperioris requiritur, *per. d. c. veniens.* 8. *X. de Tranſact. & c. venerabilis* 8. *X. de confirm. util.* Synodaliſch *decret d* §. *ibi.* Vor den *conſiſtorijs* Vnd Obrikeit. *Azor. d. c.* 26. *ver. quintò.*

XXIX.

Eximitur quis (5) etiam remiſſione, ſi quibus in ſalarium decimæ debentur, illas, vel quod aliundè ſatis ipſis multis ex reditibus Eccleſiarum proſpectum ſit, vel ſcandali vitandi cauſſa vel paupertatis ſoluentium intuitu, remittunt, exemplo enim Apoſtoli Pauli *Act.* 20. *v.* 33. 1. *ad Corinth.* 9. *v.* 12. 2. *ad Theſſal.* 3 *v.* 8. liberum & conceſſum eſt ſtipendium accipere vel non. *Chemnit. par.* 2. *loc. theol. in loc. de diſcrim. præcept. & conſil. c.* 4. *f. m.* 119. *Thom. Aquin. in* 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 1. *Azor. d. c.* 26. *ver. ſecundò.*

XXX.

Solvuntur autem debitæ decimæ principaliter ſacerdotibus & Eccleſiarum miniſtris *c. Quamvis.* 17. *c. non eſt* 22. *X. h. t.* R. A. zu Augſpurg *de anno.* 55. §. Alß auch den. Prædiales quidem

regulari-

regulariter. de jure communi, illis in quorum parochiæ finibus, quos communiter aſſignatos adparet, *ex c. Eccleſias* 13. *q.* 1. prædium ſitum eſt, etiamſi Dominus alibi habitet, nec releuat pontificium, Sacerdotem eſſe religionis Lutheranæ vel contra *d. R. X. d. §. in fin.* Vngeacht was *religion* Die ſein *c. quoniam.* 13 *c. cum contingat* 29. *c. cum intua* 30. *X h. t. c. fin. X. de parochijs c. ad decimas* 2. *de reſtit. ſpol. in* 6. *Tuſch. d. lit. concl.* 64. *num.* 11. *Azor. d. c.* 24. *ver. decimoquartò. & d. c.* 25. *ver. nonò.* Qui ipſi parochi exinde etiam fundatam habere intentionem dicuntur, ut non teneantur docere titulum juris decimandi, cum id ex canonum præſcripto habeant. *per dd cc. & c. á nobis* 24. *X. b. t. c.* 1. *in fin. de V. S. in* 6. *Rebuff. de decim. q.* 7. *n.* 3. 4 *& ſeqq.* ſi verò prædia in nullius parochiæ finibus ſitæ dicuntur, Epiſcopi ſub manu erit, adſignare decimas cui vult, quas tamen & ſibi retinere poteſt. *c. quoniam á. nobis X. b. t.* vt & ſi nulli fines parochiæ adſignati ſint, Epiſcopus, ut totius diœceſis parochus CC. *in c. omnes baſilicæ* (10) 16 *q.* 7. omnes decimas habet, quas tamen, ut ille, qui cæteris præeſt, omnibus juſtè diſtribuet *c. decimas* (1) 16. *q.* 7. *Rebuff. d. q. n.* 8. 9.. *Tholoſ. d. lib.* 2. *c.* 25. *n.* 1. *Azor. d. c.* 25. *ver. nonò.* Neq; verò ulli Eccleſiæ miniſtro, licet non pauper & probæ vitæ; ſed improbæ & dives ſit, decimæ, quæ debentur, denegari debent, non enim ratione perſonæ ſed officij Eccleſiaſtici, quo fungitur, ſoluuntur *c. Tua nobis* 26. *& ibi gl. verb. prætextu X. b. t. & ad id. c. Panorm. n.* 16. *Azor. d. l.*

XXXI.

Sub prædialibus continentur quoq; decimæ novalium. Novale jure civili dicitur terra præciſa quæ anno. ceſſavit *L. Sylva* 30. *§.* 2. *ff. de V. S.* vel etiam, quæ ſylvâ exciſâ in formam agri redacta eſt. *per L. fin. in fin. ff. de termino moto c. quid per novale* 21. *X de V. S.* Jure autem Canonico, eſt ager nunc primum præciſus *c.* 1. *X. de V. S.* vel nunc primum ad culturam redactus, de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuerit *d. c. quid per novale.* 21. *X. de V. S.* Vnde & Novalium decimæ Jure Canonico parocho loci ubi novalia fiunt ſoluendæ erunt. *per cap. quoniam.* 13. *cap. cum contingat* 29. *X. b. tit.* Quod ipſum etiam Canoniſtæ ad molendina noviter extructa

 extendunt

extendunt *in c. pervenit. 5. & c. ex transmiſſa. 23. X. h. t.* quo facit etiam Synodaliſch *decret.* §. gleicher geſtalt. *ibi*: Sol das *Conſiſtorium* auff der Pfarrer anhalten/ billige weiſung thun/ Was jhnen Von den newerbawten Mühlen / durch welche jhre mühe vermehret wird/ für vergleichung geſchehen ſoll. Atq; novalis ager inter duas parochias ſi eſſet, utriq; pro ratione limitum decima cederet. *arg.* §. *inſula.* 22. *J. de R. D.* extra fines ſi eſt ager, diſpoſitio Epiſcopi *ut th. preced.* dictum, locum habet. *Rebuff. q.* 14. *n.* 4. *& ſeq. Panorm. in. c. quoniam.* 13. *n.* 5. *Caniſ. de decim. c.* 11. *n.* 1. 3. *& ſeq. VVehnen pract. obſervat. verb.* Newalzehend *v. hiſce tamen. Covar. d. c.* 17. *n.* 13.

XXXII.

Harum autem ex novalibus decimarum exactio, à clericis multis variè modis attentata gravis, jam olim fuit Imperij germanici ordinibus, adeoq; eâ de re conqueſti ſunt in ſuis gravaminibus in comitijs Norimbergenſibus *Anno* 1522. contra papam & clerum exhibitis, *Hartm. Hart. lib.* 2. *pract. obſ. tit.* 53. *Obſerv.* 10. *n.* 12. *f.* 449. Vnde de illis non leves hodiè inter utriusq; religionis principes Eccleſiaſticos & ſeculares oriri ſolent controverſiæ. Videtur principes noſtros, abjecto jam pontificis jugo, novalium decimas in ſuis provincijs jure territorij percipere poſſe: tum quod ipſa illa loca deſerta ac nunquam culta principis ſunt. *per t. t. C. de omni agro deſerto lib.* 11. *& L.* 1. *C. de bon. vacant. lib.* 10. *Maſcard. de probat. conclu.* 1189. *n.* 34. *vol.* 3. Hennebergiſche LandsOrdn. *lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 2. *ibi.* So ſollen newe Rodlender vns als LandsFürſten Zinß vnd zehendbar ſeyn. *& lib.* 5. *tit* 2. *c.* 1. *ibi*: Wir wollen vnd Ordnen / das alle zehende / die vns alß LandsFürſten von Rodlendern / Newallen vnd andern vnſerm eigenthumb auß Fürſtlicher Obrigkeit gebühren. tum quod Eccleſiæ nullum jus quæſitum in iis habent, nec vigore conſtitutæ pacis religioſæ. *Anno.* 55. §. Dieweil aber etzliche Stände ſibi reſtitui petere poſſunt, per tradita à *Covarr. d. c.* 17. *n.* 13. *pr.* tùm etiam quod principes in ſuis territorijs Jura Epiſcopalia habent & exercent *d.* R. A. §. Damit auch obberührte beiderſeits. *Matth. Steph. de Juriſdict. lib.* 2. *par.* 1. *cap.* 7. *n.* 447. *& ſeqq. Thom. Michaël d. Juriſd. th.* 49.

Per-

XXXIII.

Perſonales verò decimæ ſolvuntur illius Eccleſiæ miniſtris, vbi quis majore anni parte Verbum Dei audit & Sacramenta percipit, ubicunq; lucrum obtingat. *c. de decimis* (45.) *c. ſtatuimus* (55.) *c. queſti* (46.) 16. *q.* 1. *c. ad Apoſtolicæ.* 20. *X. h. t. & ibi. gl. lit. f. Tuſch. d. lit. d. concl* 67. *n.* 1. ſi verò in duabus Eccleſijs pro anni partium diverſitate divina qvis audit, inter illas decimas ejusmodi dividendas dicunt. *Rebuff. q.* 6. *n.* 2. *Azor. d. c.* 24. *v. decimoquartò. & c.* 25. *v. nonò. Tholoſ. d. c.* 25. *n.* 1.

XXXIV.

Decimæ animalium, quæ mixtæ alijs, alijs prædiales, ut ſupr. th. 30. poſitum, dicuntur. regulariter illi Eccleſiæ in cujus finibus continuè animalia paſcuntur, ſolvuntur. *gl. in d. c. ad Apoſtol.* 20. *lit. f.* Et quidem triplex ex illis præſtatur decima, ùna foetûs, ſecunda lactis vel butyri & caſei: tertia lanæ. *Rebuff. q.* 6. *n.* 25. *& ſeq. Tholoſ. d. c. n.* 2. *Azor. d. c.* 24. *v. decimoquintò. & c.* 23. *v. tertiò.* Et ſi alibi æſtate gramine, alibi hyeme foeno aluntur, decima inter utramq; parochiam dividi debere dicitur *in d. gl. & à Rebuff. d. l. n.* 26. *& à Tholoſ. d. l. Boër. deciſ.* 13. *n.* 54. de Jure ſaxonico, ubi ſtabulis includuntur & cuſtodiuntur. Landr. *d. lib.* 2. *art.* 48. *ibi*: Jegliches Viehe Wenn es junge gewinnet / Wo es des abents zu der Herberge kömpt / da ſol man es verzehenden. quod tamen *gl. ibidem* conſuetudinis non juris communis putat.

XXXV.

Fieri tamen poteſt ex rationabili cauſſa *d. c. cum contingat.* 29. *X. h. t.* ut alijs Eccleſijs præter dictas in totum vel ex parte debeantur & ſolvendæ ſint decimæ (1.) Conſuetudine *per c. cum ſint homines* 18. *c. ad Apoſtolicæ* 20. *c. in aliquibus* 32. *X. de decimis c.* 2. *de reſtit. ſpol. in* 6. de rogat quippe juri communi & vni competens alteri tribuere poteſt *c. cum dilectus* 8. *c. fin. X. de Conſuetud.* & multum in decimis attenditur. *Card. Tuſch. d. tom.* 2. *lit. c. concl.* 847. *n.* 1. 2. 6. *& concl.* 854. *n.* 3. *& lit. d. concl.* 76. *n.* 1. & de decimis animalium ead. *lit. concl.* 63. *n.* 6. *Moneta de decim. c.* 5. *n.* 87. (2.) Præſcriptione *c. de quarta* 4. *c. ad aures* 6. *X. de præſcript. c. accedentibus* 15. *X. de privileg. c.* 1. *de præſcript. in* 6. *& c.* 2. *de reſtit. ſpol. in* 6. *Panorm. in c. cum in*

tua 30. n. 2. x. h. t. Tholoſ. d. c. 25. num. 4 & 5. Tuſch. d. lit. d. concluſ. 63. nu. 9 & concluſ. 77. num. 4. & d. concluſ. 847. *nu. 1. Azor. d. c. 26. verſ. quarto. ſub fin.* ad novalia tamen præſcriptio non extendi poteſt, ſed illorũ decimæ parocho loci regulariter debentur *per c. cum contingat 29. x. h. t. Covar. d. l. 1. var. reſolut. c. 17. n. 13.* (3) Privilegio & conceſſione ſpeciali *per c. 2. pr. de præb. in 6. c. quoniam 13. x. h. t. c. 2. §. ubi autem & §. pen. de decim. in 6.* Si tamen ejuſmodi privilegio parochialis Eccleſia, cui alias decima debetur, nimium gravaretur, ordinari debet, ut relinquatur illius miniſtris tantum, quantum ad competentem ſuſtentationem ſufficere poſſet. *d. c. 2. §. ubi Caniſ. de decim. c 10. num. 1. Moneta de decim. c. 4. num. 65. & c. 5. num.* 83. quod etiam, niſi nullum aut leve præjudicium ſubeſſet, ad novalia extendi nolunt, *per d. c. quid per novale. 21. x. de V. S. & c. 2. §. 1. & ult. de decim. in 6. Covarruv. d. l num. 13. & ſeq. & Rebuff. q. 14. num. 29.* (4) Donatione *c. cum Apoſtolica 7. x. de his quæ fiunt à prælat.* accedente tamen, laico donante, Epiſcopi conſenſu *c. fin. 16. q. 1. c. 2. §. ſane de decim. in 6. Caniſ. d. l. num. 2.* (5) transactione vel compoſitione quæ tamẽ, ne cum tranſigentibus exſpiret, ſuperioris cum conſenſu fieri debet. *c. ſtatuimus 2. c. veniens, 8. X. de transact. c. ex multiplici 3. c. dilecti. 8. c. ſuggeſtum 9. x. h. t. Azor. d. c. 26. verſ. quintò.* (6) permutatione *per c. ad quæſtiones 6. & c. 9. x. de Rer. permut. & c. un. eod. in 6. Caniſ. d l. n. fin.* (7) Sententia ab arbitris compromiſſariis latâ. R. A. zu Augſp. *de Anno* 1555. §. vnd ob ſolcher beſtellung halben. *d. cap. fin x. de rerum permut. c. cum Apoſtolica 7. x. de his quæ fiunt à prælat. & ibi Panormitan. numer. 2. Caniſ. d. cap. 10. numer. 3.*

XXXVI.

Debitæ verò Clericis & Sacerdotibus decimæ olim dividebatur in quatuor partes: ut una quidem ſit ipſorum Sacerdotum, pro officiorum ſuorum ſedulitate, ut inde ſe exhibeant, altera verò detur Epiſcopo, propter curam quam ipſe ſuſtinet pro totâ diœceſi & in remunerationem onerum quæ ſubit in ſingulis ſuæ diœceſis Eccleſiis, CC. *in Clem. dudum de ſepulturis. c. conquerente 16. x. de offic. jud. ord. c. de quarta. 4. x. de præſcript. c. cum olim. 19. de cenſib.* Tertia pauperibus erogetur. Eccleſia enim quia vidit

fructus

fructus decimarum uberes & majores quàm qui in ſtipendia miniſtrorum inſumantur, partem quoque in uſus pauperum deputavit, *Azor. d. c. 25. verſ. nonò §. obijcies.* gloria enim Epiſcopi eſt his providere *c. gloria.* (71) 12. *q.* 2. atque tributa animarum egentium & patrimonia pauperum dicuntur *c. quia* (59) *c. decimæ* (66) 16. *quæſt.* 1. Quarta fabricæ templorum impendatur quia nefas eſt ſacris ædibus deſtitutis proprio lucro ſtudere, *c. quatuor.* (27) *c. Vulterana* (25) *c. conceſſio* (26) *c. de reditibus* (28) 12. *q.* 2. aut etiam dividebantur ex conſuetudine in alias portiones. *c. conſtitutum* (60) *c. fin.* 16. *quæſtion.* 1. R. A. zu Augſpurg / *de Anno* 55. §. Als auch den Ständen / etc. Vnd ſollen davon die notturfftige *miniſteria* der Kirchen / Pfarren vnd Schulen / auch die Almoſen vnd *hoſpitalia* zubeſtellen ſchüldig ſein. *Dominic. Card. Tuſch. d. lit. d. concluſ.* 63. *num.* 8 *& concluſ.* 76. *n.* 2. *& concl ſeq. n.* 1. *& lit.* C. *concl.* 847. *n.* 3. *& c. Tholoſ. d. c.* 25. *n.* 9. 10.

XXXVII.

Juris decimandi, ut ſpiritualis, & ob miniſterium altaris conceſſi, Laicos incapaces facit Jus Canonicum, ut nullo penitus titulo adquirere illud valeant *c. præter, hæc.* 6. *in fin. diſt.* 32 *c. pervenit.* (13.) 1. *q.* 3. *c. fin.* 16. *q.* 1. *c. decimas* (1.) *q.* 7. *c. ad hæc.* 15. *c. quamvis* 17. *c. dudum* 31. *x. h. tit. c. Cauſſam* 7. *x. de præſcription. Dominic. Cardinal Tuſchus d. lit. d concluſ.* 72. *num.* 1. Excepti tamen certi caſus reperiuntur, quibus Laici etiam juris decimandi capaces ſunt. Si (1) Pontifex Romanus alicui Jus illud largitur vel concedit, is enim propter abſolutam (ſi Diis placet) poteſtatem ſuam ex incapaci capacem facere poteſt, *Panormitan. in c. cauſſam.* 7. *num.* 3. *x de præſcript. Rebuff q.* 13 *n.* 73. *Caniſ. de decim. num.* 3. *per c. licet.* 2. *pr. de præbend. in* 6. Sic Ferdinando & Eliſabethæ Hiſpan. Regibus in Regno Granatenſi omnes decimas quanquam ſub onere dotandi Eccleſias, *Covarruv. pract. quæſt.* 35. *num.* 2. *verſ. quartò. in fin. Azor. d. c.* 26. *verſ. ſecundò.* § *ex his multa.* ut & noſtris temporibus Hiſpan. Regibus, decimas in Indiis exigendas, conceſſit. *Azor. d. lib. cap.* 25. *verſ. tertio.* & Philippo pulchro in Galliis idem ex Pontificis conceſſione licuiſſe teſtatur *Rebuff q.* 10. *num.* 39. *Crantzius tamen in metropol lib.* 1. *cap.* 2.

quod

quod Carolus Magnus, licet non Papa ſed Imperator fuerit, decimas Laicis ad defenſionem Eccleſiæ adſignarit, adfrimat, atque quod Fridericus I. Imper. Clericis decimas à laicis poſſeſſas repetentibus in Imperii conventu Geilnhuſæ habito, illas reddi debere, denegarit. Idem habet *lib.6.c.52.Saxon.* (2) ſi Laici ſunt converſi, qui propter religionem & vota ordinis ſui monachis quodammodo adnumerentur (quales ſunt equites melitenſes & Teutonici. *Panorm. in d. c. cauſſam 7. x. de præſcript. n 5. & in c. quamvis 17. n. 2. & 3. per verba in ſeculo remanentes. c. cum & 3 pr. x. de privileg. Caniſ. de decim. c. 13. n. 4.* (3) Si Laici quicunque ante concilium Lateranenſe (tunc enim laicis concedebantur, ut tuerentur Eccleſias contra hæreticos & oppreſſores; poſtea ceſſante cauſâ illâ in hoc concilio expreſsè concedi prohibitæ *gloſs. in c. quamvis 17. lit. f. x. h. t.*) ſub Alexandro III. habitum *Geſner. lib. 2. Concil. c. 12. Menoch. lib. 6. de præſumpt. præſ. 86. num. 3. Moneta de decim. c. 5. n. 66. & ſeqq. Hackelm. ad 2. part. feud. Schneid. lit. b.* in feudum etiam perpetuum datas habeant decimas *c. cum Apoſtolica 7. ſub fin.. x. de his quæ fiunt à prælat. & ibi Panorm. n. 1. c. 2. § ſanè & ibi gl. h. t. in 6. c. prohibemus & ibi gl. x. h. t. c. cum & plantare. 3. x. de privileg. Pariſius. part. 4. conſ. 25. n. 1. 3.* quas etiamnum *non obſtante d. c. prohibemus* tutò, juſtè & licitè eorum ſucceſſores poſsident. *gl. in c. quamvis 17. lit. f. ſub fin. & gl. lib. 2.* Landrecht. *art. 48. ibi*: Ich ſage dir/ das die Leyen von alters wegen mögen den Zehenden haben zu Lehen/ und fort erben auff jhre Erben. *Azor. d. lib 7 c. 25. v. duodecimò. in fin. & decimo tertiò ſub fin. Hackelm. d. l. Caniſ. d. l. n. 5. Covar. d. l. 1. var. reſol. c. 17. nu. 5. v. olim ſanè. Schoner. lib. 1. diſp. feud. diſp. 3. th. 15. Molin. in conſ. Pariſ. tit. 1. §. 46. num. 18. Garſias. de expenſ. c. 9. num. 90. Tholoſ. d. c. 25. num. 7.* Quin imò ab aliquibus etiam allodii jure teneri dicit *Hackelm. d. l.* unde & inſtar patrimonii vendi permutari in dotem dari poſſe tradunt. *Bl. in L. ſi uſusfr. 66. ff. de Jure dotium Rumconſ. 142. n. 16. vol. 5. Gars. d. l. à nu. 97.* non tamen ad novalia decimarum in feudum conceſsio ſe extendit *per c. Tua 25. §. 1. x. h. t.* Quod (4) etiam extendunt aliqui ad decimas ab Eccleſiis, ſolennitatibus, in Eccleſiaſticis alienationibus quæ requiruntur, de quibus CC. *in c. ſicut (16) c. alienationes (37) c. ſine (52) 12. q. 2.* adhibitis, urgente neceſsitate ſolvendi æris alieni, captivorum redemtionis, vel conditionis

ditionis Eccleſiæ meliorandæ venditas, *per auth. hoc jus porrectum C. de S. S. Eccleſ. & auth. item prædium Eod. Hoſtiens. in Sum. §. & quibus ex cauſis X. de Reb. Eccleſ. ali.*

XXXVIII.

Cum v. difficillimè poſſides decimas, ante concilium illud conceſſas eſſe probare poſſit, receptum arbitrantur, ut easdem obtineat probans ſe & majores ſuos per tempus immemoriale poſſediſſe & ſemper jure feudi recognoviſſe. *Panorm. in c. cum Apoſtolica. 7. n. 12. x. de his que fiunt à prælat.* ubi addit: ſatis eſt opinio æqua, quia alias propter difficultatem probandi ſæpè laici privarentur jure ſuo. *Menoch d. lib 6. præſ. 86. n.* 4. ubi & famam communem requirit. *Moneta. d c. 5. n. 74. Rebuff. d. q. 13. n 26. Covar. d c. 17. n. 5. ver. ſed ſi dubitetur. Roſenth. de feud c. 4. concl. 28. pr. Duar. de feud. c. 5. n. 7. Zaſ. de feud. par. 4. nu. 24. Capell. Tholoſ. deciſ.* 440. quæ ponit propter pacis ſtudium & ſcandali evitationē, citante *Caniſ. de decim d. c. 13. n. 10 Tuſch. d. lit. D. concl. 72. n. 7. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 483. num. 6. 9. 10.*

XXXIX.

Ejusmodi autem decimæ in feudum laicis conceſſæ, ſi ad Eccleſiā revertuntur à prælatis rurſum alijs in feudum concedi poſſunt. *Roſenth. de feud. d. c. 4. concl. 27. n. 2. Vult lib. 1. de feud. c. 5. n. 13 Borcholt de feud. c. 6. n. 19. ſub. fin. Covarruv. d. c. 17. n. 5. v. præter hac. in fin. Duar. d l. & plures alij per gl. in d. c. prohibemus X. h. t. & c. item ſi. in fin Epiſcopi vel Abbat. 1. F. 6. & c. beneficium, de inveſtitur. veter. & nov 2. F. 91 & c. 2. X. de feud. Tuſch. d. lit. d. concl. 75. n. 5. & 7.* Et quod Laicus etiam alium laicum de feudo ſuo decimarum ſubinfeudare poſſit, videtur, per *d. gl. in c. probibemus* 19. *lit. c. X. h. tit. junct. c. Eſt autem v. ſi verò. Qualiter olim poterat. 2. F. 9. c. lex. §. ſimiliter d. L. Corradi. 2. F.* 34. neq; enim Laicis jus in ijs antiquitus adquiſitum cui ſub infeudatio ex feudorum natura annexa fuit auferri debet & poteſt. *Roſenth. d. c 4. Concl. 28. n. 5. Duar d. l. Schoner. d. l. th. 17. Hackelm d. diſp. th. 20 Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 35 n. 16. §. 46. n 16.* Atq; principes hodie ſeculares & Eccleſiaſticos licitè decimarum feuda concedere, notoria Germaniæ teſtatur conſuetudo. R. A. zu Speyer. *de Anno* 1526. §. Vnd nach dem auff & R. A. zu Augſpurg *de Anno.* 1530. § Item wie wir.

ibi das den Geiſtlichen vnd Weltlichen jhre Zinß/ Renth / Guld vnd Zehend ohne Wiederred vnd Verhinderung bezahlt vnd außgericht vnd den zuverleihen vnd einzubringen nicht verhindert werden ſollen. *Zaſ. d. feud. par. 4. n. 26. Roſenth. d. l. tit. d. ſub. fin.*

XL.

Poſſunt tamen etiam poſt concilium illud Clerici fructus decimarum ex cuſsâ obſequij vel beneficij Eccleſiæ præſtiti ad vitam vel aliud tempus Laico rectè, ſed ut nomine & titulo Eccleſiæ percipiat. *d. gl. in c. quamvis 17. h. t. Clem. Monaſteriorum de Reb. Eccleſ. non alienand. gl. in c. pervenit (13) lit. r. 1. q. 4. gl. in c. fin. 16. q. 1.* concedere. Licet enim Jus decimarum in laicum non cadat, *ut th.* 37. dictum, commoditas tamen benè cadere poteſt. *Tuſch. d. concl. 72. n. 13. Schneidv. de feud. d. par 2. n. 9. Azor. d. c. 25. ver. undecimò Covar. d. c. 17. n. 5. ver. tertiò. Tholoſ. d. c. 25. nu. 8. in fin. Panorm. ad d. c. quamvis n. 4.* ubi tamen Superioris autoritatem intervenire vult. Poſſunt item Clerici Laicis decimas ſuas locare & ſub annuo cenſu ad tempus concedere non obſtante contrario diœceſani ſtatuto. *d. Clem. in fin. c. veſtra nobis 2. x. de locato & ibi Panorm. n. 1. & ſeqq. & c. fin. x. ne* prælati vices *Tuſch. d. concl. 72. n. 12. & concl. 75. n. 6. Azor. d. l. ver. decimoquartò. Bl. vol. 3 conſ. 44. n. 1. Pariſius conſ. 6. n. 1. 2. par. 4.*

XLI.

Debita verò decima quæ eſt, integrè, fideliter & ſine ulla fraude exſolvi debet *c. quicunq; (4) 16. q. 7. c. commiſſum 4. in fin. c. ſeq. c. cum homines 7. in fin. c. ſeq. c. ex parte. 21. c. cum non ſit 33. x. h. t.* R. A. zu Augſpurg *de Anno.* 1530. §. Item. Wie wir *ibi*: gebührender rechter Zehend gegeben. Kirchen Ordn. *d. art. gen.* Vom Zehenden §. So wollen. *&* §. *fin. ibi.* gebürlicher Zehend ohne Vortheil. utq; fraudi ſolventium facilius obviam eatur, variè proviſum eſt *d.* §. So wollen *&* Synodaliſch *decret.* §. Wie auch keiner. *ibi*: An orten etc. Das Eiſerne reiffen oder ſonderlich Maß hierzu gemacht / demſelben nach ohne Vortheil ſoll gebunden werden etc. *& d. lib. 2.* Landr. *d. art.* 48. §. Wo man *in genere ſtatuitur*: Wo man korn Zehenden giebt / da ſoll das Seyll / da die garb mit gebunden iſt einer Daumen Ellen lang ſein zwiſchen den zweyen Knotten wenn es gereckt wirdt / integrè tamen ſolvi dicitur decima ſi integritate ſolita ſolvitur, ut ubi

ut vbi alia pars ex prædictorum modorum aliquo pro decima debetur, illam ſolviſſe ſufficiat: quam & in genere decimam dici probat *Rebuff. q. 13. n 58. lib. 2.* Landr. *art.* 48. Wer den Zehenden nach rechter gewonheit gibt/ der hat jhn wohl geben. *Gujdo papæ deciſ. 24 Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 41. Atq; ita quidem prædiales ſolvendæ ſunt, ut nihil ratione quarumcunq; expenſarum, ſeminis, culturæ, mercedis, cenſus, tributi, vectigalis &c. detrahatur. *d. c.* cum homines 7. *in fin. c. non eſt in poteſtate 22. in fin. c. tua nobis 26. c. paſtoralis.* 28 *c. cum non ſit* 33. *x. h. t. Tuſch. d. lit d. concl. 63. n. 1. & concl. 66. n. 1 gl. in L. ſi à Domino 36. lit. h. ff. de petit. hered. Soto d. J. & J. d. lib. 9. q. 4. art. 2. Garſ. de expenſ. c. 1. num. 17. & ſeqq. Rebuff. q. 11. num. 3. Caniſ. de decim c. 2. n. 2. Azor. d. l. 7. c. 25. ver. octavò.* Perſonales verò quia de lucro & de reſiduo ſolvi dicuntur, expenſas in re quærenda &c. factas deducere licet, atq; ex eo quod ſuper eſt decima ſolui debet. *c. paſtoralis 28. & ibi gl. lit. h. l. m. x. h. t. Tuſch. d. concl. 63. n. 2. & concl. 68. per tot. Rebuff. d. q. n. 4. 6. Azor. d. l. Tholoſ. d. lib. 2. ſyntagm. c. 26. n. 3. Panorm. ad d. c. paſtoralis. n. 1.*

XLII.

Debet quoq; decimarum debitor non expectare ut petantur: ſed irrequiſitus *Rebuff. q. 10. num. 7. Moneta de decim. c. 6 num. 21. Panorm. ad c. pervenit 5. num. 3. x. h. tit. Azor. d. c. 24. ver. decimo ſeptimò.* illas ſolvere tenetur. Et prædiciales quidem, ut fraus omnis euitetur, nec quidquam pro alio commutetur, hoc enim ubi fit utrumq; deberi volunt. per c. omnes decimæ (5) 16. q. 7. regulariter in agris, fructibus ſtratim à ſolo ſeparatis & collectis c. cum homines 7. *x. h. tit. junct. L. ſi ejus 78. de R. V. L. ſi ſervus 27. §. 25. ff. ad L. Aquil.* Kirchen Ordn. *d. tit.* Vom Zehenden §. Desgleichen. Synodaliſch *decret.* §. Wie auch *ibi.* Keiner von Zehendfeldern das Gedreidig weg zuführen ſich vnterſtehen ſol/ er habe es denn zuvor dem Pfarrherr oder Kirchner zuwiſſen gethan/ vnd jhnen jhren Zehend etc. (nach rechter anzahl des gewechſes *addit. d.* Ordn.) entrichtet. *& d. l. 2.* Landr. *art.* 48. *Azor. d. c. 24. verſ. decimo ſextò Moneta de decim. c. 6. n. 8. Innocent. in c. paſtoralis 28. h. t.* Atque ibi Col-

 lector

lector decimarum jure optimo agrum, ubi decima ſolvitur, intrare poteſt. *Cæpol.de ſervitut.ruſt.præd.c.1.n.24.verſ.octavò fallit. arg. L.qui pendentem 25.ff.de action.empt.Anton.de Padilla ad L.per agrum 11. C.de ſervit.& aqv.n.16.* alicubi etiam conſuetudine invaluit, ut fructus colligenti, domum illos ferre, relictis in agro decimis, liceat. ut *Caniſ.de decim.c.7.n.3.* de agro Ingolſtadienſi refert, *Moneta d. c. 6.n. 7.* Receptũ item alicubi ut excuſſâ paleâ frumẽtum præſtetur. *Panorm.in c. pervenit 5 n.3.x.h.t.* Unde hic conſuetudines locorum ſingulornm adire optimum erit *Panormit.d.l arg c.cum ſint homines 18 x.h.t.Tuſch.d l lit.d concl.74. n.2* Teneri regulariter quoque, CC. plures volunt, villicum vel dominum decimas ſuis ſumtibus ad horrea Eccleſiæ vel parochi devehere per *c. Revertimini (66.) 16. q.1.& ibi gloß.lit.f.& gloß. in c. decimas (1) 16. q.7. lit. b. Panorm. d.l. & in c. ex parte 21.n.5. x h. t. Tuſch.d. concl. in fin.* quod tamen non ubique obſervari atque ita conſuetudini ſtandum eſſe monet, *Azor.d. c.24. verſ. decimoquintò. in fin.& verſ. ſeq. in pr. & c 26 verſ ſecundo §. ex his multa.Moneta d.c.6 nu.5. 6. Pariſius d conſ.6. n. 6.* Perſonales verò ex communi CC. ſententia ſolvuntur in fine anni, propter lucra minora & multa particularis ſolutionis incommoda, *gl in d. c revertimini lit. d. Panorm.in d c.pervenit n 3. Azor. d.c.24 verſ.decimoſextò. Moneta d.c.6.n.11.* tutius tamen putat Rebuff. ſingulis diebus dominicis ſolvere quia poteſt parochus indigere, vel etiam antequam ſolvantur mori, *d q. 10.num.4. in fin* ſed hæ, *ut ſupra dictum* in deſuetudinem abierunt. Fortè tamen illarum loco, juncta admonitione Apoſtoli, *1. Corinth. 16. verſ. 2.* apud nos invaluit, quod ſacculi in templis, das man die Klingelbeutel umbträgt / circumferri ſolent, ut pii de lucro per ſeptimanam quæſito in pios uſus aliquid conferant. Venetiis in fine tantum vitæ haſce perſonales ſolvi teſtantur, *Azor.d c.26.§.ex his etiam. Moneta d.l. n. 16. Rebuff q.13. n.52.* Decimæ animalium *c.omnes decimæ (5) 16.q.7.* deberi dicuntur, de lanâ quidem ſtatim ubi detonſæ ſunt pecudes, de lacte, vel ſtatim ubi ex uberibus expreſſum, vel poſtquam facti jam inde caſei vel butyrum, de fœtu autem licet itidem ſtatim ubi naſcitur debeatur, tamen cum uſum præſtare & ſine matre vivere non poſſit, lacte jam nutritus decimus præſtandus erit, unde ferè tempora certa ſolvendi haſce de fœtu decimas præfinita ſunt quan-

quandoque & pecuniâ certâ hæ decimæ redimuntur. *Azor. d c. 24. verſ. decimoquintò, Moneta d. c. 6. n 14. Rebuff d. q. 6. n. 39. & ſeqq.* Landr. *li. 2. art. 58. ibi:* An S. Walpurgen tag iſt der Lemerzehend verdient/zu vnſer lieben Frawen tag Wurtzweihe der Gänſezehend/am S. Johannes tage des Teuffers allerhand Fleiſchz hend (da man mit Pfennigen den Zehenden alle Jahr löſet/) Wo man jhn aber nicht löſet / da iſt er verdient/ wann das Vieh geworffen wird.

XLIII.

Si verò non tot uno anno naſcuntur, agni ſucculi vel anſeres &c. ut decimus ſcilic. anſer inde ſolvi poſſit quid obtineat CC. ferè communiter tacent: liberum autem relinquit jus Saxonicum, ſi quinque vel pauciores nati ſint, aliquid pecuniæ capere: vel ſi ſex aut plures, unum ex illis, redditis paucis nummis, auferre: vel è natis hoc anno & ſequenti ſuculis fortè, junctim computatis, decimum ſuculorum recipere. Landrecht. *lib. 2. art.* 48. Von allerhand Vieh nimbt der Zehender ſeinen Zehend / ob er beiten wil von Jahr zu Jahr biß er jhm gebühre / wil er aber nicht beiten/ſo ſol man jhm Jährlichen geben was jhm gebühret / vom jeglichen Füllen ein Pfenning/etc. ob jhr fünff iſt oder drunter/ iſt jhr aber ſechs oder drüber/ſo nimbt jhr der Zehender eins zu löſen/als das ſechſte mit zweien Pfennigen/etc

XLIV.

Debitor decimarum injuſtè illas detinens aut protervè Sacerdotibus ſolvere detrectans ſacrilegium committere & damnationis periculum incurrere dicitur, *in c decimas (1.) 16. q. 7. Tuſch. d. lit. D. concl. 71. n. 1.* àque Judice Eccleſiaſtico per cenſuram Eccleſiaſticam ſub pœna, monitione præviâ ſpreta, *c. omnes decimæ (5) 16. q. 7.* excommunicationis & privationis ſepulturæ Eccleſiaſticæ *c. pervenit 5. c. ſeq. c. ex parte 21. c. prohibemus 19. c cũ non ſit. 33. x. h. t. c. ſtatuimus (55) 16. q. 1.* etiãſi eſſent religioſi & vel non ſolverẽt, vel etiam auditores â ſolutione debitâ avocarent. *Clem. 1. de decim. Clem. cupientes. 3. de pœn.* coerceri poteſt. *gl. lib. 2.* Landr. *art.* 48. Wer den Zehenden nicht gibt/den thut man in den Bann. *Azor. d. cap. 26. verſ. final. Caniſ. de decim. c. 18. num. 1. Moneta de decim. c. 8. nu. 64. & ſeqq. 74. & ſeqq. Rebuff. q. ult. n 15. & ſeq.* judicem quoque ſecularem ex officio contra non ſolventes decimas inquirere & illos

 ad ſol-

ad ſolvendum etiam nemine petente, compellere debere tradit *Marant. in ſpec.aur. part.6. de inquiſit. n.196.* implorationem tamen brachii ſecularis contra pertinaces requirit, Moneta *de decim. c.8. n.57. per c. poſtulaſti 21. x. homicid.* ut & Ord. Eccl. *d. l. §.* Desgleichen *ibi* : Die Obrigkeit do ſie angelangt/ etc. & Synodaliſch *decret. §.* Wie auch. *ibi.* auff der Pfarrer vnd Schuldiener anhalten. *& poſt pauca.* Die vbertretter aber ernſtlich geſtrafft werden. *d. gl.* Landrecht. bedarff man es ſo ſol das weltliche Schwert darzu helffen.

XLV.

Si verò ſe exceptionibus, debitor decimarum qui dicitur, defendere conatur; ad judicium decurrendum, quod hic ſummarium eſt Clem. diſpendioſam. *de judic. & ibi CC. communiter junct. Clem. ſæpè de V.S. Marant. in ſpecul. part.4. diſt.9. num.174 Joh. de Arnono in pr. judic. c.6. num 2. Caniſ. d. c. 18. num. 11.* Synodaliſch *decret §.* Neben dem: *ibi* So ſol jhnen darzu ohne gewöhnlichen Gerichts *proceß* ſchleunig verholffen werden. Et Judex regulariter competens eſt Eccleſiaſticus, *per c. decernimus 2. x. de judic. c. contigit 8. x. de arbitr c. literas 2. x. de Juram. calumn. d. Clem. diſpendioſam de judic. c. ex multiplici 3. x. h. t. gloß. d l.2.* Landrecht. *art.* 48. Vber den Zehenden gehet geiſtlich Gericht/ vnd kein weltlicher Richter hat darüber zu richten. quia jus decimandi ſpirituale eſt *per c. fin. x. de Rer. permut. c. tua 25. x. h. t. Rebuff. q. 10. num. 34. Azor. d. l. 7. c. 25. pr. c. 23. verſ. ſeptimò. Moneta de decim. c 8 n. 5. 20. & ſeqq. Caniſ. de decim. c. 19. num. 12. Tuſch. d. lit. d. concluſ. 73. num. 1.* ex cauſſa tamen Laicus etiam judex competens eſſe poteſt, ut ſi (1) quæſtio merè facti eſſet, poſſeſsionis fortè, *Tuſch. d. concluſ. nu. 9. CC. in c. fin. de foro comp. in 6. & c. licet 2. de jur. jur. in 6. Moneta d. c. 8. num. 5. Caniſ. d. l. Rebuff. q. 10. num. 3. 4. 38. Covarr. pract. quæſt. 35. num. 2. Mynſing. cent. 2. obſ. 67. pr. Gail. 1. obſerv. 38. num. 2. 3. & num. 4.* teſtatur in Camerâ, quando ſuper poſſeſſorio controverſia movetur citationes decerni & appellationes recipi. vel (2) ſi Laico jus decimandi competeret ex feudo vel privilegio &c. *Moneta d. l. nu. 15. Rebuff. q. 10. nu. 39. Covarr. d. l. n. 2. verſ. tertiò quoties. Tuſchus d. concluſ. num. 3. Roſenth. de feud. c. 12. num. 33. ubi & num. ſeqq.* hoc neceſſarium putat in ſtatibus Imper. propter ſuſpenſam Pontif. poteſtatem, coram quo nullus proteſtan-

proteſtantium compareret, vel is etiam ſolis ſuæ ſectæ addictis faveret, ut illi invicem ſuper decimis litigantes Cameram adeant, ne ſcilicet unius vel alterius religionis cultores adminiſtratione juſtitiæ in effectu carere cogantur. vel (3) ſi Laicus decimas conduxiſſet. *Covarr. d. l. num. 2. verſ. quintò non video. Moneta d. l num. 16. & ſeq.* & aliis quibusdam modis. *de quibus Covarruv. d l* Hinc & Synodaliſch *decret* §. vnd weiln. utriusque Judicis mentionem facit. Competentem actionem petendi jus decimarum putat confeſſoriam *Rebuff. quæſt 9. num.11.* (licet enim actionem exprimere neceſſum non ſit, ſed factum narraſſe ſufficiat, *c. dilecti. 6. X. de judic.* propter concluſionis tamen formam, quâ actione experiri quis velit noſſe utile dicit *idem ibid.*) *Matth. Steph. de Jurid. lib.1. cap. 40. num 7 Rutger. Ruland de commiſſar. lib.3.c.18. num. 9. Oldendorp. claſſ. 3. act. 4.* vel etiam condictionem ex Canone ad exempl. condictionis ex lege. *Rebuff. d. quæſt. 9. numer. 13.* ubi & alia remedia tradit. *Moneta d. c. 8. num. 39. & ſeq. Cariſ. d c. 18. num. 9.* á latâ jam ſententiâ in petitorio non licet appellare, *c. ex multiplici 3. c. tua nobis 26. x. b. t. Rebuff. quæſt. 15. num. 21. Moneta d. c. 8 num 58.* nec recipi in Camerâ teſtatur *Gail. 1. obſerv. 38. nu. 2. Matth. Stephan. de Juriſd. lib. 2. part. 1. c. 3. num. 212.* de quo tamen dubitatum fuiſſe notat Mynſing. *cent. 5. obſerv. 10.*

Atque hæc pauca, è longè lateque patènte Redituum decimari ſolitorum planicie, colligere volui debui. Sicubi hallucinatus fuero, monitus meliora ſequar.

SIT

Æternæ immortalitatis, immenſæ poteſtatis

DEO

PATRI, FILIO & SPIRITUI SANCTO

Laus, honor, gloria.

Gravia omninò in theſes haſce vitia irrepſiſſe videmus ne verò nobis illa ſed typographo imputentur officiosè rogamus:

Ponitur in th. 1. l. pen. contigat pro contingat. th. 3. l. 8. principium pro principum. th. 9. l 39. adſignates pro adſignatis. in th. 13. l. 3. mercedis pro mercede. th. 14 l. 4. quæ pro qui. th. 27. l. 3. preſcr. pro præſcr. & l. 5. praſcripere pro præſcribere. th. 30. l. 12. fundatum pro fundatam. th. 35. l. 3. ſiut pro ſint. l. 27. concenſu pro conſenſu.

Reliqua quæ in lectione occurrunt, cumprimis commata, cola & puncta vel planè omiſſa vel incongruo loco poſita ut quiſque pro ſuo erga nos amore & favore haut gravatim corrigat ſtudioſiſſimè oramus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.